



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. LXXXIII. Præposteratio seu ordinis inversio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

de Mercatura. tit. de mand. n. 23. Fach. 2. contr. jur. contr. 93. in fin.

CAP. LXXXII.

Præponens, Præpositus.

Axioma I.

Præponens facto sui officialis contravenire nequit. Limita (1.) in fisco l. 3. c. de jure fisci, ut & si procurator ejus fidem habuerit de pretio. *Perez. C. ne fisci rem quam vend. n. 5. (2.) in Ecclesia l. 14. §. 1. C. de SS. Eccles.*
Amplia: nec princeps rem à suo fisco venditam repetere potest, nec una fisci statio alterius stationis gesta. *Perez. ibid. n. 3. & 7.*

II.

Præponens tenetur de culpa eorum quos præposuit; imputare enim sibi debet, quod parum diligentes homines adhibuerit. Et ubi lex alicui personalem inspectionem rei alicujus committit, non potest eam curam alteri demandare. *Perez. C. de condit. in publ. horr. n. 11. segg. nisi probet, se omnem diligentiam adhibuisse.* Præpositi tamen prius sunt executi quam præponentes, quia qui alioquin ad officium publicum nominant, pro eo fidejussisse censentur, l. 8. C. de suscept. *Brunnem. ad l. 2. C. eod.*

Limita: quod tunc demum substitutus prius conveniendus sit, si (1.) substitutio facta sit cum approbatione superioris, l. 13. C. de mull. leg. (2.) si substitutio facta sit ex necessitate l. 67. §. 1. de legat. 2. alias præponens primum convenitur, quia substitutus munus suum exercet periculo substituentis l. 11. §. 1. ad municipal.

CAP. LXXXIII.

Præposteratio seu ordinis inversio.

Axioma I.

Præposteratio non nocet. *Gothofred. Anton. disput. feud. 4. thes. §. lit. a. 2. F. 4.* quod non modo in legatis obtinere, §. 34. *Instit. de legat.* sed etiam in omnibus contractibus, testamentis & stipulationibus, patet ex §. item si quis ita 14. *Inst. de inut. stipul.* Ratio, quia hodie etiam in stipulationibus voluntas potius & consensus contrahentium, quam verborum scrupulositas spectatur. *Gitan. ad d. §. 14. Inst. de inut. stipul. per §. 1. Inst. eod.*

CAP. LXXXIV.

Prærogativa, Præcedentia.

Is est potior, qui prior in officio præcesserit; ille vero subsequi debet, quem recentius examen probaverit. l. 1. C. de præpos. sacri cubic. lib. 12. conf. de Præcedentia *Jac. Gothofr. Maggon. Goldast. Arum. 2. decis. 1. & 34.*

CAP. LXXXV.

Præscriptio. conf. Rubr. Usucapio.

Axioma I.

Præscriptio non præsumitur, *Corn. consil. 326. in fin. vol. 2. Alex. cons. n. 12. vol. 2. Paris. cons. 27. n. 89. vol. 1. Mascard. de probat. concl. 1212. num. 1.* etiam si sit temporis immemoralis. *Paris. d. consil. 27. num. 9. & consil. 104. num. 121. vol. 1. Natt. cons. 179. n. 18. vol. 1. Vult. 2. cons. Marp. 30. n. 57.* quia est facti. *Vult. 1. cons. Marp. 22. num. 13. Bald. cons. 450. vol. 4. Abbas cons. 82. col. 3. vol. 1.* Ideoque præscriptionem alleganti incumbit onus probandi. c. ex literis 3. extr. de probat. *Bald. in cons. 450. super primo. vol. 1. Cravett. cons. 29. col. fin. Roland. cons. 89. num. 30. vol. 1. Bald. in l. Celsus, §. ult. n. 9. de usucap. Pacian. cons. 3. n. 56.*

II.

Præscriptio circa illa, quæ sunt contra publicam utilitatem, nihil operatur. *Abbas in c. extirpanda. §. qui verò. num. 27. de præbend. & cap. cum non de præscript. n. 1. & 13. Mandel. cons. 62. num. 35. & cons. 64. num. 91. Henric. Boich. in c. si diligenti. num. 51. de præscript. & ante eum Castr. in l. jam pridem. C. commun. de usucap. Petr. de Ubald. in repet. d. c. si diligenti in 7. requisito. ibi septimo queritur. col. 3. Gylman. 1. p. 2. vol. 4. tit. 11. num. 29.* Quia functiones publicæ non præscribuntur, nisi mediante titulo à fisco concessio, per ea quæ allegat *Joh. Gallien. q. 360. ibi sexto in libro, qui inscribitur, stylus Parlamenti Paris. Gylman. d. loc. n. 30.*

III.

Præscriptio nulla currit adversus agere impeditum. l. 1. §. ne autem 2. C. de annal. except. *Authent. nisi tricennale. & ibi gloss. in verb. appauserint. C. de bon. matern. l. quacunq. 4. in fin. C. de bon. qualibet. Carpz. part. 2. cons. 50. def. 6. num. 3. Coll. Arg. de usucap. thes. ult. eamque regulam proficisci à ratione naturali scribit Argentr. in consuetud. Britan. art. 45. num. 2.* propter quam non est conveniens, ut is poenam patiatur, qui nullam culpam commisit, *Bald. in d. Authent. nisi. in pr. ubi ait: quod si statutum dicat, ut omnis currat præscriptio, qui sua debita non exegerint intra decem annos, ei non curret præscriptio, qui agere impeditus est, quia illa regula est naturalis, nec naturalis æquitas patitur, ut ibi sit poena, ubi non est negligentia. Pacian. 1. consil. 148. num. 5. idem obtinere & in exceptione patet ex eo, quod quamdiu non agitur, exceptioni nulla currat præscriptio. l. pure §. §. fin. ff. de except. quod procedere in meris exceptionibus, non verò in illis, quæ non tantum per modum excipiendi, sed etiam per formam agendi, & per implorationem officii judicis possunt proponi, differit Wesenb. in parat. d. tit. num. 12.* Quamdiu verò dormit præscriptio, tot anni, quibus dormit, detrahuntur, & à quocunque tempore quis agere potuit, ab eo tempore currit præscriptio.

Regulam itaque quod attinet, hanc declarat Ludov. Gomez ad §. rursus *Instit. de act. n. 14.* quod ea procedat in impedimento juris, per ea quæ trad. Aretin. in l. pacta novissima 10. l. 2. C. de pact.

(M)